Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

rum possessiones de ipsa mensa ipsius episcopatus valentes bis
mille floren. et ult. habet possessiones emphiteoticas in eodem
territorio situatas quarum directum dominium ad ipsum episcopatum per
tinet valoris iiii^or milium floren. habet lxx ecclesias quarum
collatio ad episcopatum ipsum pertinet et in quibus habet omnem iurisdictionem
in minoribus et in adventus dyocesane habet in dictam dyoce
sim multi castris que tenentur per ipsum magnificum pe.
et consortes hominum v. milium et ult. Quod plura dicta abba
tia sancti Christofori est de membris dicti Episcopatus et habebit
annuum redditum iiii^c floren. ante apparitionem p. v. s. imp
rime fratrum de rebus emphiteoticis dicte abbatie. Nunc
non ipsa ablatis per ipsam apparitionem habet introitus dimidios
ult. dimidium eius quod primitus habebat anno quolibet
et sic dictus episcopatus ex tali membri sui diminutione etiam
leditur et gravatur ut v. s. discernere potest etc. Ea propter pat
ernitatis vestre beatissime ad pedes s. v. cunctis precibus recurro humiliime suppli
cans et notis omnibus exorans quatenus intuitu iustitie et gene
rose domus de Calcaneis ex qua indignus ortum traho ac etiam
tum ime et pietatis dignetur v. s. in prefectis mei antiquum fide
lis servi e. s. ne in mea senectute patiatur hoc dedecus viden
di me presidentem hunc episcopatum everti et destrui ob medaces
et callidas sugestiones et dignetur de manibus istius pa
tre ob hanc causam in tumultuatis ensses excitare. Iusticia de
cernendo ut nunc decernit que petitam aptiuns medaxis co
inventum sunt impetratam ut ille qui auctor est retributor et
eum continuum et spatiale de hoc facto orationem dignetur ad vo
tum confirmare pariter et augere. s. v. cui me intime et huml
ac fiducialiter recommitto / Sept. etc.

Commissio facta per cardinalem cuidam episcopo ·C xix·

Landulphus miseratione divina sancti Nicholai in Carcere Tulli
ano dyaconus Cardinalis ven. in Christo patri fratri R. sancti Salva
toris de Messana ordinis sancti Basilii Salutem in domino sempiter
nam / Ad nostrum nuper pervenit auditum quod Religiosus vir fr. A.
prior monasterii sanctorum Petri et Pauli ordinis sancti Basilii Messanensis dy
ocesis olim in dicto monasterio sanctorum Petri et Pauli nobis per sedem
apostolicam in commendam concesso nostri existens procurator et nego
ciorum nostrorum ac eiusdem monasterii nostro nomine gestor recepit no
nullos fructus redditus et proventus dicti nostri monasterii de quibus
nobis aut alicui alteri pro nobis a septem annis citra nullam
satisfactionem impendit. Quo circa cum vobis fructus huiusmodi
debeantur p. v. de quorum industria et aliis plenam in domino fiduciam ob
tinemus committimus per presentes quatenus eundem fratrem A. auctoritate nostra
et aliis iuris remediis compellatis seu compelli faciatis ad red
dendum vobis nostro nomine rationem et computum de fructibus pro
venientibus predictis fratrem A. receptis et per eum tempore predicto administ
ratis Et si idem fr. A. de huiusmodi fructibus redditibus et
proventibus summam competentem tum sibi per vos assignandam no

156v